


AD PHILIPPVM II.

Hispaniæ Regem Catholicum

Auctoris Prefatio.

 VOD nostri homines expete-
bant, externi conuitio efflagi-
tabant, Philippe Rex Maxi-
me, sub tuo felicissimo impe-
rio præstitum est. Annales de rebus Hi-
spaniæ Latina lingua confectos in publi-
cum damus, exemplo nationum aliarum
vno volumine comprehensos. sic orbem
terrarum vnus tabulæ angustis includi-
mus aliquanto detrimēto magnitudinis,
nullaveritatis iniuria. sed in ea tamē breui-
tate res maxime nobiles, bellaq; sepe ple-
niori narratione explicātur: non secus atq;
ex angustis ripis egressus amnis hibernis